


ORATIO PRIMA  
Synodi Lateranensis habi  
ta per Egidium Viterbien  
sem Augustiniani ordi  
nis Generalem.

*Oratione Sexagesima*

- 1.
- 2.
- 4.
- 6.
- 7.
- 8.



Jacobus Sadoletus Petro Bembo. S. P. D.

**H**Abes Bembe Orationem Egidii Viterbiensis  
quã tãta ope expetiuiſti/ dignã illam quidem  
propter elegãtiam / quę ab iis potiſſimũ legatur/ qui  
iudicare aliquid de præſtantibus igeniis poſſunt: ſed  
& aliis quoq; cõmendationibus prælucentẽ: tum q̃  
magna auctoritate Lateranẽſis principia Cõcilii auſ  
picata eſt quod a Iulio. II. Pont. Max. Paulo ante  
inſtitutum ſanctę chriſtianę Reip. optamus fore  
ſalutare/ tũ q̃ ab eo uiro eſt/ quẽ ego & tu ſape ſoliti  
ſumus iſermonibus noſtris clariffimũ huius ſæculi/  
tãq; obſcurascentis lumen appellare Et quidẽ quę in  
cõiibus hominũ ſenſibus poſita ſunt / ea nemo eſt /  
qui i Egidio ſũma eſſe nõ agnoſcat: ſumus enim ex  
perti pluries illam huius uiri mulcentẽ omniũ au  
ris atq; animos eximiam eloquentiã uernacula qui  
dem lingua hetruſcorum quę illi patria eſt / abun  
dantem/ ſed ex uberrimis/ & gręcę/ & latinę erudi  
tionis fontibus deductam: magno enim hic ſtudio  
theologię / ac philoſophię altiffimis artibus comi  
tes litteras politiores adiunxit. Ergo illa in ſacris cõ  
cionibus diuina ſemper & admiranda flectere arbi  
trio ſuo hominum mentes refrenare incitatas / Lan  
guentis accendere uel inflammare potius ad uirtu

tis / Iusticiæ / Temperantiæ studium / summi dei ue-  
 nerationem / sanctæ religionis obseruantiam. *Necessitas egidij*  
 uero quidq̃ interfuit illo dicente inter doctos homi-  
 nes & ideota / non senex ab adolescente / uir a mu-  
 liere / princeps ab infimo homine potuit dignosci:  
 sed omnes pariter uidimus præcipites ferri impetu  
 animos audientium / quocunq; eos oratori impel-  
 lere libuisset: tanta uis orationis / tantum flumen le-  
 uissimorum uerborum / pondus optimarum sen-  
 tentiarum ex eo fereatur. Ex quo / quod semper  
 euenire cernimus / iam plane intelligimus necessi-  
 tate euenire / non casu / ut quotienscunq; dicturus  
 est / concursus maximi omnibus ex locis audiendi  
 causa fiant. Sed nos hæc popularia cum multis / illa  
 secretiora cum paucis cognoscimus . Soleo enim  
 mirari te Bembe uehementerq; probare iudicium  
 tuum / cum ita dicas humanitatem ipsum & eas ar-  
 tes / quæ humanitatis proprie & affines sint / si ma-  
 lo hominum fato amissæ intereant / ab hoc uno  
 homine exprimi & repræsentari posse: nec adum-  
 brata in eo simulacra / sed totam effigiem uirtutis  
 agnosci. Quod uero addis grandiore tibi etiam  
 in cubiculo uideri Egidium q̃ in pulpito / ubi certe  
 est maximus / facile tibi assentior. Sed hæc alias.  
 Nunc. Orationem leges de qua testatum esse apud  
 omnes uolo / quicunq; eam in manus sument / re-





148  
dixerat uentura/ idem uenisse testetur: & qui toties  
exclamauerat: Videbunt oculi mei salutaria tem-  
pora: iam tandem exclamet, Viderunt oculi mei  
salutare/sanctumq; principium expectatae instaurationis.  
Dicam itaq; de Synodo & q̄ Ecclesie cōmo-  
da semper sit: & q̄ nostris temporibus necessaria:  
præfatus oraculorum stilum me inuicere non au-  
surum esse/ sed integra (ut legi solent) uerba / atq;  
orationes usurpaturum: tum q̄ homines per sacra  
immutari fas est: non sacra per homines: tum q̄  
ἀπὸ λόγου ὁ μὴ ὄσθησ' ἀχ' ἡ θεία ἐφ' ὅ. Simplex se mo-  
ueritatis est/atq; a principio partitio illa in mentem  
uenit: rerum alias diuinas esse: celestes alias / alias  
humanas: diuinæ quippe / q̄ sunt motus ac muta-  
tionis expertes/emendatione non egent/ celestes ue-  
ro atq; humanæ agitationi obnoxia instaurationē  
desiderant. Nam Luna cum ad Solis cōmercia ue-  
nerit: Sol cum a Cancro in brumam descenderit:  
quasi magno mortalium dispendio damna ab inte-  
gro reponunt: cogunturq; præseribente natura lucis  
iacuram rependere: & quicquid cadēdo abstulerint  
ascendēdo mortalibus restituere. Quod si celestia si-  
derum itinera q̄q̄ perpetua/immortalia/semperiterna  
redeunt tñ restituunturq;. Quid nam tertium hoc  
faciet rerum genus/ut pote fluxum/caducum/mor-  
tale: profecto aut interitu cito pereat necesse est: aut

*diuisione in 2*

*no calli diuine p̄moy: no gemmoy a p̄moy. no stary  
occuli et ingenio: unu uelut opietate heri in uita est  
in stary ut ito*

contin  
cibus  
ribus:  
mis fu  
na: q  
uiuer  
cura  
modu  
cultu  
bus a  
scento  
ferme  
bns n  
moru  
quot  
dimu  
ludq;  
mod  
in n  
rabie  
uela  
auri  
loru  
state  
nas/  
stem  
Sim  
opa  
te  
eff  
ut  
ali  
lla

continua innouatione reficiatur. Quod enim est  
 cibus corporibus, ut uiuant: quod genitura gene-  
 ribus: ut perpetua sint: id præstat humanis ani-  
 mis sua pro tempore emendatio / cultura / discipli-  
 na: quãq; absq; ciborum alimentis animantia diu  
 uiuere: tam humanæ animæ: tam ecclesia: absq;  
 cura Synodorum probe agere potest. Ac quemad-  
 modum: si pratis hymbres: si hortulis suos: si agris  
 cultum: si uineis putationem: si deniq; uiuenti-  
 bus alimenta subduxeris: illa arescent breui silue-  
 scentq; / hæc uiuere desinent atq; emorientur: Ita  
 ferme post Constantini tempora / quæ ut sacris re-  
 bus multum adiecere splendoris & ornamenti / ita  
 morum & uitæ seueritatem nõ parum eneruarunt  
 quoties a synodis habendis cessatum est: toties ui-  
 dimus diuinam sponsam a sponso derelictum: Il-  
 ludq; euangelii factum. quod heri recitabatur: Iam  
modicum & non uidebitis me. Vidimus Christũ  
 in nauicula obdormientem: uidimus uentorum  
 rabiem: hereticorum furorem in candida ueritatis  
 uela irruentem: uidimus malas cupiditates: diram  
 auri atq; habendi sitim: uidimus perditam ma-  
 lorum audaciam aduersus iura / auctoritatem / maie-  
 statem Ecclesiæ sæuientem: uidimus inq; uim rapi-  
 nas / adulteria / incestus: omnem deniq; scelerum pe-  
 stem ita sacra profanaq; miscere omnia: ita in san-

*deq. vita nra  
 magis q. labor  
 ut q. arripit  
 synodi n. dno*

*Sine cõsilio. Iam libertas. pax tranquillitas. iura. leges. fortuna  
 opes. honoris sumptus deniq; qm: agris. latices. magna. dec-  
 tecta. sedes. arces: cõtingit utrum spm; lãtã q; diuinã; amissa  
 essent. uelut q; a religione ita imphãta esse, et uoluerunt  
 ut nõ possit illa mori: quæ eadẽ debilitata motu oia ad am-  
 plã. n. asiaticis opib; pcc. nõ pnt p̃sarp. nõ hypanzq; bellis  
 illa multũ in infertib; gallisq; garrpartib; et terrisq; nõ*

Etiam nauiculam impetum facere: ut pene scelerum  
fluctibus illa latus dederit: ac prope merfa & pessun-  
data sit. Rursus cum eo monente spiritu, cui hodie  
supplicationes decrete sunt patres ad synodum cō-  
fugerunt: q̄ primum emendaue re cōposuereq; om-  
nia: uentis turbinibusq; imperauere / & quasi in tu-  
tissimum portum delati: impetum rationi: iniu-  
riam iustitiæ: uitia uirtuti / tempestates ac fluctus  
serenitati tranquillitatiq; cedere compulerunt: Sym-  
numq; cecinerunt sancto spiritui: piscatorum ma-  
ris atq; aquarum deo. Aquæ multæ non potue-  
runt extinguere charitatem: & illud, iam hyems  
transiit imberabit & recessit: surge amica mea: Ia-  
cet enim sponsa: ut hyeme frondes arborum: sur-  
git reuirescitq; synodorū studio: ut syluæ ueris tem-  
pore reuocato sole frondescunt. Ad solis redeuntis  
radios: & fæcundi spirant Zephyri: & læta planta-  
ria germinant: Ad synodorum lumen & diuini  
spiritus flant auræ: & emortui ecclesiæ oculi reuiui-  
scunt ac recipiunt lucem: ubi pars altera impletur  
oraculi: Iterum modicum & uidebitis me: quod  
quidem nihil aliud sibi uult nisi / q̄ sancti spiritus  
lux / quæ synodis omissis extinguitur tanq̄ excussus  
e / silice nouus ignis iterum accenditur & recupera-  
tur in synodis. Ad hæc Paulus Apostologæ decus  
cum salutis caput ostenderet: absq; fi de inquit deo

Hebræi. ii

*fides restaurat.*

placere  
stare  
non p  
etiam  
est/tre  
uerfa  
tas est  
ris fel  
lis diu  
apicib  
partes  
dame  
nemp  
dei ef  
solita  
te pra  
citur  
tem c  
illa u  
& fun  
lia in  
stis ef  
illā tu  
mon  
Sabe  
nus t

placere nullo modo possumus / atqui sine synodis stare non potest fides / absq; synodis igitur salui esse non possumus . Verum quod ratione dicimus / ut etiam experimento probemus / cogitandum nobis est / tres esse credendaz rerum radices: e quibus uniuersa ecclesie fides manat. Prima diuine nature unitas est / altera eadem in natura patris / sobolis / amoris felicissima trinitas: Tertia in uirginis utero prolis diuine conceptio: In quibus ueluti in altissimis apicibus ac sanctissimis montibus & reliquæ fidei partes nouem & pietas uniuersa fundata est . Fundamenta enim eius in montibus sanctis. Unitas nempe mons dei nuncupatur / q; in una dumtaxat dei essentia sit atq; natura : & ut unitatem illam non solitariam / non sterilem / sed uberrima fecunditate præditam cogitemus : ideo mons pinguis adii citur : corpus uero in uirgine uerbo iunctum montem coagulatum uocat uates : Hæc itaq; tripartita illa uinea est super uertices montium sita : quam & futuram cecinere oracula / & præsentem euangelia indicauere . Sed iam peri erat uinea : nam (ut testis est David) illam aper/e / silua depopulatus erat illa tumor philosophiæ uastauerat . Arrius primū montē auellere conatus est / qui unitatē discerpfit. Sabellius secundum / qui personas confudit. Photianus tertium qui partem uirgineum impura teme /

No

86. ps

ps 67

ps

arrius

sabellius

photinus

Bi

26

*[Faint, illegible handwritten text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]*







rei/ quæ omniū longe maxima est: quanta cura sy-  
 nodis fuerit: historia memorat . Nam qui præstan-  
 ti doctrinæ sanctū uitæ institutum adiunxerint a sy-  
 nodorum patribus ex uniuerso terræ orbe conqui-  
 fiti/ euecti/ exornatiq; sunt summa cum eligentium  
 laude/ ecclesiæ fructu/ cōmodo/ lætitia/ plausu po-  
 pulorū. Quid illud omnium grauissimū ac pericu-  
 losissimum loquar? quod nemo tempestate nostra  
 non deplorat: iniurias Principiū dico: legionū in-  
 solentiā: armatorū minas: quid enim miserius uel  
 audiri uel cogitari potest, q̄ ut celi terrarūq; regina  
 ecclesia aut ui seruire/ aut manus dare, aut crassanti-  
 um tela pertimescere cogatur: quæ quidem pestis  
 adeo serpit hoc tempore/ adeo insurgit / adeo inua-  
 lescit, ut oīs illa ecclīæ auctoritas atq; a deo tradita  
 libertas euerfa/ profligata / & plane extincta esse ui-  
 deatur. Quam obrē caue. Iuli. II. Pon. Max. caue cre-  
 das / ullū mortaliū quicq̄ melius salubriusue cogi-  
 tasse unq̄/ q̄ ipse spū sancto mouente cogitaueris in  
 synodo instituenda: cuius quidē nulli Reges / nul-  
 li principes possunt uel decreta contēnere/ uel iussa  
 negligere / uel auctoritatē detrectare: Si qui enim  
 forte Pontificem ipsum per se inermē paruipende-  
 re ausi sunt: synodi auctoritate Principūq; & natio-  
 num consensu, ac studiis instructum metuere ac ue-  
 reri consueuerunt. Nā si. synodorū res gestas repeta-  
 mus / nihil illis potentius/ nihil maius / nihil mun-

*potentia  
synodorum*

*B. 3.*  
*quæ ipse q̄ suscepere tyri fuerit cui fletere debuerat*  
*genia q̄ cepit submittere sacris n̄ alijs depositi. ut Ladestus*  
*leo. 3. henricus 3. federicus 2. constantinus 6.*  
*Schismata ite aūtho extinguit. Ep̄o sine dimissio b̄y greḡo*  
*It̄y aūtho b̄n̄. eph̄o d̄m̄ 27. uicimjese. p̄s̄m̄ mediol̄m̄*  
*poro. su. pot̄ificiū ḡm̄ q̄q̄q̄ maaria ab p̄p̄i c̄ḡt̄o. p̄r̄. aūth̄. v̄. n̄. h̄i*  
*u. in x̄p̄o uic̄o. h̄m̄. or̄it̄e. maaria a h̄m̄ p̄. uic̄o.*

platina . 181 .

tius esse intelligemus. Synodo nāq; in .Io . Hispa. & Alphon. Lufisanū, Rodulphū imp. designat Greg. .X. Synodo. Marti. iiii. in Petrū Aragonensem animaduertit. Synodo. viii. Bonifatius in philippū regem decernit. Synodo Alex. v. Ladislaū exauctoratum facit. Synodo & olim Greg. alter & patrū memoria Eugenius græcam ecclesiam latinæ coniungit. Synodo in Federicum Imp. agit & .iiii. Inno: & Greg. viii. Quin in hac eadem & de omniū principe / & quæ uincere semper hostes solita est, uinci nunq̄ non nisi synodo & .ii. Innocentius aduersarios deiecit / & .iii. Alex. Victorem sociosq; superauit / & .iii. Inno. Othonem imperio submouit / & Marti. v. hostilia tyrannorū arma dissipauit. Et (ne oīa psequar (q̄cqd laude q̄cqd gloria dignū a Melchiadis ætate in ecclesia gestū est aut ad hostem arcedendum, aut ad Remp. cāponendam / id omne de synodis originē sumpsit: & proinde synodis referendū acceptū est. Quid enim aliud facta synodus nisi malorū metus: proborū spes: errorū eiectio: seges & restitutio uirtutū: qua demonū fallacia uincitur: sensus illecebre auferuntur: ratio amissam arcem recipit: terris e cęlo iustitia restituitur: redit siquidem ad mortales deus: nā si dixerat. Vbi duo uel tres meo nomine cūuenerint / ad eos uenio / interq; eos sum / q̄to huc libentius se conferet, Quo non duo tantum uel tres / sed tot ecclesiæ capita pro

185.  
192  
224  
173  
167.  
153  
165.  
228  
33

Synodus malorum  
et metus  
maly.

hinc corpore in alio corpore induantur et in deo q̄d sunt et  
sua natura q̄d sunt in se et in deo q̄d sunt in se  
uirtute in se dantur hinc in corpore ut in andiam in q̄d sunt in se

ficisc  
pasto  
a deo  
angel  
tis cap  
educi  
rat di  
cūcific  
pater  
lestre  
puli u  
suppe  
& sua  
minū  
cussa  
abdit  
duntu  
surgit  
ta itaq  
si nō a  
synod  
uissim  
Pont.  
gerere  
senatu  
ecclesi  
gitan  
dit / q̄t

ficiscuuntur: Nā si angelos Ioannes appellat eccl'iaꝝ  
 pastores / quid est / quod uel uotis petere uel ꝑcibus  
 a deo consequi non possit tanta simul frequentia  
 angelorꝝ: Hic Eua ab exilio reuocatur: hic serpen-  
 tis caput talo ꝑimitur puelle sanctioris. Abraham  
 educitur / e / Caldeorꝝ terris: Agar ancilla obtempe-  
 rat dñæ: fēdus cōm deo rursus feritur / animorꝝ cir-  
 cūcisio introducitur. Hic scalā figens patriarcharū  
 pater in celum aditum pandit: deo iungitur in ꝑa-  
 lestꝛę ludo & audendo deo accipit nomen. Hic ꝑo-  
 puli ueluti in solitudine fame oppressi diuinitus  
 suppetias impetrant: cęli angelorūq; panē recipiunt  
 & suauitate uescuntur cęlestiū epulaz. Hic cum ho-  
 minū pectora tanq̄ saxea euaserint Mosi's uirga ꝑer-  
 cussa aquaz fōtes effundāt. Hic thesaurus in agro  
 abditus effoditur / Margarita emitur / lāpades accen-  
 duntur / semen in bonā feritur terrā / sinapis granū  
 surgit ī arborē / & ferati olea oleaster inserit̄. Obea-  
 ta itaq; illa tꝑa quę synodos susceperunt: hęc stulta  
 si nō agnouerint: misera si omiserint: Et qm̄ uetera  
 synodorꝝ cōmoda strictim attigimus / nunc q̄ bre-  
 uissime nostra delibemus. Appello ergo te Iuli: II.  
 Pont. Max. sūmus ille te appellat deus / qui suam te  
 gerere in terris uoluit / qui e tanto iam pridē  
 senatu te unum delegit / qui nonum usq; in annū  
 ecclesie sue te sponsum defendit / qui & bonam co-  
 gitando mentem / & magnā agendo facultatem de-  
 dit / q̄tā nulli maiorꝝ unq̄ ꝑrestitit / ut scilicet ꝑæ do

→  
 gen. 3.  
 12  
 16  
 18  
 28  
 32  
 40.16  
 16  
 mat. 9.13  
 Synodꝝ m̄  
 R. 64. 65

nes abigeres / uias purgares / seditiões tolleres / domi-  
templum omnium quæ usq̄ uisa sunt magnificen-  
tissimum excitares / militiae (quod nemo ante hac  
potuit) ecclesiae arma magnis regibus metuenda  
faceres / ut deniq; imperiũ ppagares : ut Ariminũ/  
Fauentiã / Rauennã / & alia p̄ multa recupares. Que  
& si eripe tibi hostis p̄t / quin tñ primus Pontificũ  
hæc oĩa gesseris / efficere nō potest. Magnorũ prin-  
cipã uirtus nō ex casu aut ex euentu / sed ex cōsiliis  
actionibusq; cēsenda est. Nūc rebus gestis / hæc duo  
deerant / ut synodum uocares / & cōi xp̄ianorũ hosti  
bellũ indiceres / & quæ ab initio semp cogitasti / spo-  
pondisti / decreuisti / iã de oliã xp̄iano gregi / iam tuæ  
prestes tũ pietati tũ fidei , Ac scias te bonos oēs in  
magnã spem erexisse / quippe qui belloꝝ & maloꝝ  
tempoꝝ iniuria ad hæc differenda coactus quidem  
fueris / ad negligenda uero & deserenda nō minus  
nũ telis / nō cladibus adduci potueris / quin animã  
ea constantia firmaueris : ut hii fluctus / hec aquæ  
q̄q; multæ firmã tñ charitatẽ tuã extinguere nō po-  
tuerint. Ille itaq; idẽ deus / qui p̄ter hæc oĩa / quæ ad  
animũ excitandũ enumerauĩ immortalia bñficia /  
bis superioribus annis tũ Bononiæ tũ Romæ / cum  
etiã intra ædes tuas extinctus habereris / in uitam re-  
uocauit / & ad hæc maxia opa gerenda reseruauit : ut  
& ip̄e deus extincto Pōtificali manifestissimo miracu-  
lo / & Pōtifex extinctę ecclę sanctissima synodo uitã

restitueret/atq; una cum reuiuiscete Pontifice eti-  
 am ecclesia moribus reuiuisceret. Ille inq; deus pe-  
 tit mandatq; : ut duo illa animo uolutes/cures/per-  
 agas : & ( quemadmodum propheta iubet ) destru-  
 as/euellas/eruas errores/luxum/uitia: Instituas/aedi-  
 fices /plantes moderationem/uirtutem sanctimoni-  
 am . Ad haec uero agenda cum alia permulta /tum  
 praecipue amissus exercitus exercitate nos debet : qd  
 equidem putem diuina prouidentia factum : quo  
 armis ecclesiae alienis freti cederemus : ut ad nostra  
 redeuntis uictores euaderemus . Nostra autem ar-  
 ma sunt/pietas religio/probitas/supplicationes /uo-  
 ta /lorica fidei atq; arma lucis/ut Apli uerbis utar/  
 Ad que si synodi opa redibimus : ut armis no nris  
 inferiores aliquo hoste fuimus/ ita nris erimus oi ho-  
 ste superiores: Veniat queso in metem Mosis bellum/qd  
 aduersus Amalech regem gessit : uidebis populum  
 deo charum gladiis fidentem uinci semper:cotra sem-  
 per uincere precibus supplicantem . Iosue exercitum  
 in prelium ducebat: Aaron sacerdos cum Hur ac Mose  
 montem ascendebant: illi armato corpore fereban-  
 tur: in hostem : hii deum purgato animo precaban-  
 tur: illi ensibus/hii uotis agebant: illi ferro /hii pie-  
 tate pugnabant . Vidimus utraq; arma militie . s. ac  
 religionis : sed iam qua nostra sint/deo rem osten-  
 dente cognoscamus . dum Moses inquit / manus at-  
 tollebat: noster uincebat exercitus /dum manus remit-

*Gen. 1.*

*arma cetis*

*20. 13.*

*exo. 17*

*De Gen. 4. aut Gen. 17. de fructibus*  
*Gen. 4. et 17. quidi q. 17.*

tebat : exercitus inclinabat. ac (ne casu id factū su-  
spicemur) in calce sermonis illius scribitur aduer-  
sus. Amalech/hoc est in ecclesie hostem / dei manū  
ac bellum esse in generatione & generationem: qui-  
bus quidem uerbis monet deus : utranq; generatio-  
nem atq; utranq; ecclesiam & Mosis & Christi/mi-  
litiæ armis uinci : pietatis studio uincere : superari-  
talis decertando: sacro faciēdo superare: Audire di-  
uinas uoces undiq; sonantes/undiq; synodum/pa-  
cem/sanctā illam expeditionē efflagitantes. Quan-  
do enim uita nostra mollior : quando ambitio pe-  
tulantior : quando cupiditas inflāmatior : quando  
peccandi licentia impudētior. quando a uadacia ad-  
uersus pietatē loquendi/disputandi/ scribendi / aut  
frequentior / aut securior fuit : quando in populis  
rerum sacrarū: quando sacramentorūsq; & clauium  
& sanctorū p̄ceptorum non modo negligentia sed  
& contemptus maior : q̄n̄ apertius religio & fides  
nostra ludibrio uel tenui plebeculæ fuit q̄n̄ (proh  
dolor) scisma in ecclesia p̄nitiosius: q̄n̄ bellum peri-  
culosius: q̄n̄ hostis potētior: q̄n̄ exercitus truculen-  
tior. q̄n̄ obiter monstra/portenta prodigia tum celi  
minitantis tū terre expauescentis aut crebriora aut  
horribiliora apparuere : q̄n̄ (heu fletus me impe-  
dit) cedes: q̄n̄ clades uel prius Braxiana/uel postea  
Rauennate cruentior: q̄n̄ in q̄ ullus inter infaustos  
dies / q̄ sanctissima illa resurgentis Xpi lux aut lu-

oro me  
modo que

duor  
(nisi  
uoces  
habea  
tollas  
restitu  
immin  
ecclesi  
enim r  
sti/q̄ p  
post to  
pem  
dentem  
singula  
rei pub  
tre aliq  
Petre  
capita  
quem  
guine  
tas: V  
occisof  
plus cr  
bisse q̄  
roboris  
fatis n  
peresse

Auorsior aut calamitosior illuxit? Quæ quidē oīa  
 (nisi ferrei simus) quid nam aliud q̄ cęlitus missę  
 uoces sunt mouentis dei ac p̄cipientis/ut synodum  
 habeas? ut eccliam emendes? ut utriusq; hoīs bellū  
 tollas? ut sponsæ tuæ undiq; laceffitæ pacē utranq;  
 restituas? ut gladios auertas urbis & Italiae iugulis  
 imminentes? ut nostram frenes uiuendi licentiam  
 ecclesię uiscera maioribus uulneribus ferientē? Nō  
 enim multi refert q̄tum agri possideamus/sed q̄ iu-  
 sti/q̄ pii/q̄ diuinæ rerum studiosi simus/ut deniq;  
 post tot mala/tot incōmoda/tot calamitates princi-  
 pem Xpm audias Petro posterisq; synodum osten-  
 dentem:ut unicam omnium malorum medicinam  
 singularem periclitantis nauiculæ portum: solam  
 rei publicæ confirmandæ rationem: Tu inquit Pe-  
tre aliquñ conuersus confirma fratres tuos. Audis.  
 Petre? Audis Paule? Auditis augustissima semper  
 capita tutela ac p̄sidium urbis Romæ? Auditis in  
 quem malorū cumulum ecclesia uestro fundata san-  
 guine deducta sit? Videtis acies utrinq; profliga-  
 tas? Videtis cedes? uidetis clades? uidetis campos  
 occisorū aceruis opertos? Videtis terram hoc anno  
 plus cruoris hausisse q̄ pluuia: minus imbrium bi-  
 bisse q̄ sanguinis? Videtis tantū occubuisse xpiani  
 roboris / q̄tum fuerat ad fidei hostem debellandū  
 satis nihil nobis nisi exitium/nihil nisi interitū su-  
 peresse Ferte opem / iuuate/ succurrite/ & quam de

iudeorum & tyrannorum faucibus eruitis ecclesiam/  
nunc domesticis cladibus occubentem, eripite. Orat  
populus/uiri/femineque/omnis etas/omnis sexus/  
omnis orbe/rogant patres/obsecrat senatus: obte/  
statur ipse denique supplex Pontifex: ut se/ut eccle/  
siam/ut urbem Romam/hæc templa/hæc aras/hæc  
sacra/hæc uestra ipsorum capita seruetis/ac synodum  
Lateranensem. hodie ante ora uestra a Iulio. II, Pont,  
Max. indictam/quod faustum felix fortunatumque  
si et nobis ecclesie uestre/totique Reip. xpianæ in or  
bis terræ certissimam salutem sancti spiritus numi/  
ne firmetis/curetisque & pacari christianos principes  
& in publicum Christi hostem Maumetem nostro  
rum regum arma couerti/atque his fluctibus/his tem  
pestatibus/his aquis/non modo non extingui eccle/  
siae charitatem/sed armæ crucis meritis & diuini spi  
ritus ductu/quibus iunctim hodie sacra fiunt: ab/  
lui potius ab omnibus conceptis maculis & in anti/  
quum splendorem munditiamque restitui.

Dixi.

Habita fuit Oratio in æde Lateranensi  
Quinto Nonas Maias. M: D. xlii.